

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Elegia Et Orativncvla In Lvstratione Paedagogii Regii D.  
XI. Febr. MDCCXLIV. Pvblice Recitatae Et Viro ..  
.Bernhardo Leopoldo Volcmaro De Schombvrg, ...  
Danorum Regis A Consiliis Conferendis, Urbis ...**

**Flessa, Johann Christoph**

**Altonae, MDCCXLIV.**

**VD18 11796480-001**

[urn:nbn:de:gbv:45:1-692739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-692739)

ELEGIA ET ORATIVNCVLA

IN

LVSTRATIONE PAEDAGOGII REGII

D. XI. FEBR. 1744. PVBLICE RECITATAE

ET

VIRO PERILLVSTRI

ERNHARDO LEOPOLDO

VOLCMARO

DE SCHOMBVRG,

AVGVSTISSIMI DANORVM REGIS A CONSILIIIS CON-  
FERENDIS, VRBIS ALTONANAE PRAESIDI, ET ORDINIS  
AQVILAE FVLVAE BRANDENBVRGICI EQVITI

NATALI VNDEQVADRAGESIMO

D. XX. FEBR. FELICITER REDEVNTE

GRATVLAVNDO ANIMO OBLATAE

A FRATRIBVS GERMANIS

IOANNE CHRISTOPHORO FLESSA

ET

ADAMO EVGENIO FLESSA.

---

ALTONAE, OPERIS BVRMESTERIANIS.

*20*



ELEGIA ET ORATIONES

IN

INSTRUMENTO PARADOXI REGNI

D. XI. FEBR. MDCCCLX. PAVLICE RECIPTATAE

**A**VDITOS ELEGOS, MAECENAS, AVRIBVS AEQVIS  
IAM *TIBI* LECTVRO MVSA TENELLA DICAT.  
NON DECVS ARTIS HABENT. NEC BLANDAE EST GRA-  
TIA LINGVAE.

SI PLACEANT, SOLA SIMPLICITATE PLACENT.  
QVALESCVMQVE TIBI VENIANT, VIR SVMME, CAVEBIS  
SPERNERE NATALI MVNERA PARVA TVO.  
PRIMITIAS FERIMVS PAR FRATRVM, ANNOSQVE PRECAMVR  
FELICES TOT ADHVC, QVOT LEGIS HIC ELEGOS.

NATALI VINDOBADENSINO

D. XX. FEBR. MDCCCLX. PAVLICE RECIPTATAE

GRATIA MVNO ANNO ORATIONE

A PAVLICE RECIPTATAE

IOHANNES CHRISTOPHORUS WLESSA

ET

ADAMO EVAUGENIO WLESSA

ALTONAE, MDCCCLX.



ELEGIA ET ORATIONE

AUDITOS  
IAM TIBI  
NON DECUS

SI PLACEA  
QVALESCVM  
SPERNERE  
PRIMITIAS FE  
FELICES T

VS AEQVIS  
DICAT.  
ANDAE EST GRA-  
LINGVAE.  
PLACENT.  
AME, CAVEBIS  
VO.  
SQVE PRECAMVR  
HIC ELEGOS.





I. ELEGIA  
DE CONIVNGENDA  
POETARVM ET HISTORICORVM  
LECTIONE.

---



Inclute MAECENAS, urbisque grauiſſime  
PRAESES,

Princeps Phoebæ praefidiumque chori.  
Vosque, decus patriæ, dilectaque nomina  
Musis,

Vos dico, Arctoi ſidera clara poli.

Et tu, uenturi ſpes florentiſſima ſæcli,

Cara patrum ſuboles, poſteritatis amor.

Eſte, precor, placidi, linguiſque animiſque fauete,

Mollior et uelis adfluat aura meis.

Eſt raucum, fateor, quod uobis adfero carmen,

Nec mihi dum culto ſuauiâ uerba cadunt.

At meminiffe iuuat, tironem hic ſtare poëtam.

Cultior ane poteſt eſſe poëta puer?

A 2

Nefcio,

Nescio, Pierides, uaria dulcedine quam nos

Ducitis, et studii quaeritis usque uices?

Miscuit alternus Sophies labor utile dulci:

Quodque hodierna fugit, crastina cura petit.

Mox animum oblectant priscum monumenta uirorum:

Mox capimur studiis, Musa tenella, tuis.

Alternis fera bella ducum, pacataque rursus

Tempora: et alternis sacra poësis adest.

Historia et uatum solertia, iungite dextras,

Alteraque alterius poscite subsidium.

Omnia, quis nescit? non omnis diligit hora.

Quisque suas cupimus defugimusque uices.

Horridus Alcides num posset ferre laborem,

Ni grauius curis otia mixta forent?

An pius Aeneas semper iactarier undis,

Ni lassum recreet deliciosa quies?

An Laertiades per tot discrimina rerum

Tendere: si ferret Lucifer omnis ontis?

Iam rerum scriptor, qui grandia fata reuoluis,

Iam delassatis, lecte Poëta, places.

Credite, docta cohors, optant alterna Camenae,

Et iuuat, in pulcris artibus esse uices.

Ordiam antiqua uictricis origine Romae,

Romae, olim qua quid, dicite, maius erat?

Ro-

Romae fata breui pingis mihi, Rufe, tabella,  
 Quam liber exiguus grandia gesta tenet!  
 Rufo noster eat comes Eutropius: neque iungent  
 Tam similes focios uincula pulcra duos.  
 Phaedrus abest: Numerum, Phryx alter, perfice ternum,  
 Per te bos loquitur, grus, leo, ceruus, aper.  
 Tu mores hominum ficto effers ore ferarum:  
 Narrare historici; Fingere, Phaedre, tuum est.  
 Iam facilem faciles legimus suauemque Nepotem:  
 Mox nos oblectat Timoleontis honor.  
 Mox resonant laudes Datamis, rigidique Catonis,  
 Utque, Conon, hostes, ut, Thrasymbule, fugas.  
 Tum dulces nobis elegos das, blande Tibulle,  
 Carmina quam tua sunt plena, Catulle, iocis.  
 At ueneranda magis Prudenti Musa piorum  
 Tot mortes, fidei nobile tollit opus.  
 Quam tu nos fessos delinis, sancte Poëta!  
 Quam mulces numeris pectora nostra tuis!  
 Suaue, mari saeuo sanctum spectare laborem,  
 Et te, Lactanti, teque, Seuere, sequi.  
 Vos tempestatum narratis turbida: Christi  
 Testibus ille probis clara tropea struit.  
 Tempa Dei, cineresque pios, umbrasque beatas  
 Linquimus. Ab sacris iam licet ire foras.

Est suus externis etiam locus. Exul ad axem  
 Damnatus Geticum me quoque Naso mouet.  
 Pelignus uates nociturum lusit amorem,  
 Et quod tentabat dicere, uersus erat.  
 Is tecum, Caesar, iunctus lectusque placebit,  
 Ingenio fuerat magnus uterque suo.  
 Vincere braccatum, Iuli, Tibi contigit orbem,  
 Nomine qui falso regia iura tenes.  
 Et Tibi, Naso miser, meditari turpia bella:  
 Scribere qui poteras carmina digna magis.  
 Dux ille in bellis ardens, scriptorque politus,  
 Cuius terruerant arma stilusque uiros!  
 Hic elegos duxit teneros, queis tristia fleuit  
 Fata, nec ingenii trux Geta demit opes.

Quis uocat in curas? Excelsi Liuius oris,  
 Liuius, aeternum nomen in historia.  
 Romule, te legimus Tarpeias condere turres,  
 Iamque fugis patrios, dire Superbe, lares.  
 Discimus, Alpinos Poenum transcendere saltus,  
 Nubibus ut copias disparuisse putes.  
 Tu non solus eris, Patauinae gloria gentis,  
 Deliciae nostrae non, Tite, solus eris.  
 Carmina grandisoni quis spernat docta Maronis?  
 Et Maro delicii pars, Maro noster erit.

Subli-



Sublimes fundis numeros, Andine Poëta;

Vt nitidas uoces Liuius altus habet.

Tityrus in filuis recubet, subigatque colonus

Arua, modusque canat grandior arma uiri.

Tityrus at fileat, requiescat pasta capella,

Compescas uentos, Aeole faeue, tuos.

Liuius alternum studium sibi poscit, et aequo

Incedit gressu, nec tua iura timet.

Ergo mihi curae dilectique estis uterque,

Dum uiuamque, eritis, tu, Tite, tuque, Maro.

Nunc Taciti ueniat, nunc docti lectio Flacci:

Quam prudens ille, hic tam numerosus erit.

Ille docet fraudes aularum, hic pollice docto

Pindaricae tetigit fila canora lyrae.

Voluimus illius tot fida uolumina rerum,

Queis pinxit mores ingeniosa manus.

Voluimus et bellas, quas lusit Horatius, odas:

Esse nec alteruter maior in arte queat.

Quam trahit interpres naturae, Plinius ille,

Vesuuii sorptus faucibus igniuomi.

Describit pisces, uolucres, animantia, gemmas,

Et maria, et lapides, sidus et omne poli.

Vt uaria est natura, ut sese uertit in omnes

Formas: Sic uariat Plinius ingenium.

ORA II

Nec

Nec minor arte uenis , rerum studioſe Lucreti,  
 Tu Epicurei gloria magna chori.  
 Carmine ſublimi tradis mirabile dogma,  
 Hortorum in latebris quod tulit ille ſenex.  
 Aethereos ſignat doctus Manilius ignes,  
 Et nitidi caeli ſidera clara notat.  
 Nec uos, auguſti qui ſcribitis acta palati,  
 Vel legiſſe piget, uel memorari pudet.

Sic uicibus mutatur opus. Sic aequora puppis  
 Non eadem fulcat. Sic uariatque Ceres.  
 Sic foecundus ager non ſolas procreat herbas.  
 Num ridens hortus gramina ſola parit?  
 Non omnis Baccho, non turget frondibus omnis  
 Tellus. Alternis garrula ludit auis.  
 Acer equus ſic non una decurrit arena:  
 Sic in deliciis non liber unus erit.  
 Ergo, litterulis pulcris ſacrata iuuentus,  
 Quaefo, legas uates, et lege facta uirum.



II. ORA-

## II. ORATIVNCVLA

LOCO GRATIARVM ACTIONIS RECITATA.

SERENISSIME PRINCEPS,

AUDITORES VENERABILES AC  
COLENDI.

**P**rimum ego hodierno die uerba facturus, quamquam in arte dicendi planè tiro, in conspectum uestrum uenio. Multa me, fateor, ab hoc conatu absterrere possint. At sunt alia haud pauciora, quae mihi animum addant. Animaduerto in me. cupiditatem quandam atque impetum ad exercitationem. Nostrum omnium officium postulat, ut gratias agamus. Vos, Auditores, uos inquam, summa estis beneuolentia saepe usi erga nos adolescentulos. Etiam exemplum meorum condiscipulorum me excitat. Quid? Me ipsum aliquoties non sine fauore audiistis cum condiscipulis publice colloquentem.

B

Per-

Permittite igitur, Auditores, ut ego nomine huius iuuentutis, quae ad litterarum studia incumbit, Vobis gratias agam, non quas debemus, sed quas possumus, id est, uerbis tenues, animo maximas. Quod si prisci fabularum actores, cum comoedias finiebant, illud suum Plaudite mirum in modum expetebant: Mihi credite, eo arrogantiae nostra desideria non procedent. Id modo rogamus, Auditores, ut nostra nobis peccata condonetis, ut nostram infirmitatem patienter feratis, ut spem de nobis ne abiiciatis, ut ne uestram beneuolentiam a nostris conatibus auertatis, denique ut ingeniolis nostris incitamentum et quasi calcar addatis.

Vos imprimis, grauisissimi Scholarchae, omnium obseruantia rogamini, ut ne defatigemini in cura illa fidelissima, quam adhuc rei scholasticae praestitistis. Scholae iure quodam suo comparantur cum hortis, in quibus uariae arbores reperiuntur. Non sunt omnes fructus eiusdem praestantiae. Arbores alia aliam uincunt. Fructus alius alio sunt excellentiores. Deus uires ac dotes mentis non eadem omnibus mensura dispertitur.

Vtinam

Vtinam arbor nulla parum frugifera inter nos succrescat! Vtinam lolium plane nullum in hoc agro dominetur! Nos expetemus nobis, et ope precum de caelo deuocabimus gratiam diuinam, quae nos manu quasi ducat omnes. Det Homerus Telemacho suo Palladem comitem ducemque, quae eum regat: Et ingeniosissimus Fenelonius hanc fabulam omnibus eloquentiae luminibus exornet. Nos habemus et meliorem, et certiore, et probatiorem ducem cognitam, gratiam caelestem. Quam si forte nondum satis cognouimus, tamen in posterum cognoscemus. Ea felicissime omnium faciet, ut ex nostra ignauia et quasi ueterno excitemur, ut instaurata alacritate studiis operam nauemus, ut exuta leuitate puerili ad elegantiam modestiamque componamur, ut uero maiestatis diuinae sensu atque amore animemur. Poetae gentium profanarum diis suis saepe crimen inuidiae affinxerunt. Noster Deus ab inuidia est remotissimus. Si iustis adminiculis utamur, nostra diligentia non carebit fructibus.

Haec, Auditores, est summa uotorum nostrorum

strorum. At etiam hoc addemus, ut uestra  
salus prosperrimo cursu utatur. Deus felicitatem  
uestris aequet meritis. Deus cumulet Vos  
tot exoptatis rebus, quot nos omnes simul dies  
numerabimus. Hoc et meorum condiscipulo-  
rum, et meo ipsius nomine precor. Dignamini,  
quaeso, me tironem oratorem, et interpretem  
publicae uocis, aliqua beneuolentia, ut in hunc  
locum posthac ea cum fiducia prodeamus, qua  
fiducia et uoluptate eum in praesenti relinquo.





UNIVERSITÄT

1771

1771 II 2

1771

UNIVERSITÄT

1771

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT





Qvi  
DEO & POPULO  
Vixit,  
POPULO, non DEO

Mortuus est,

**CHRISTIANUS SEXTUS**

Nuper Rex

Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumqve,  
Dux

Slevici, Holfatiæ, Stormariæ & Ditmarfiæ,

Delmenhorft.

Regum Exemplo,

eo,

evovit, Corpus Sacravit.

pulo,

Totum Dicavit.

ea,

Mortuus (\*)

Vixit.

um, Morte Inchoatam,

Obnoxiam.

eu!

st Mortuus,

am Vixit

e Pater,

æ Nutricius,

um Arbitr,

n Servator,

n Artium Stator,

egum,

Deliciæ.

\* Matth. 22,  
v. 32.

Cui C

Illi, I

